

Die 3 Septembris

## S. PII X PAPÆ ET CONFESSORIS

Duplex (m. t. v.)

### IN I VESPERIS

**V.** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

**Ad Magnif. Ant.** Sacerdos et Póntifex, \* et virtutum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

### Oratio

**D**eus, qui ad tuendam catholicam fidem, et universa in Christo instauranda sanctum Pium, Summum Pontíficem, cælesti sapientia et apostólica fortitudine replevisti: concede propítius; ut, ejus instituta et exémpia sectantes, præmia consequámur æterna. Per eúndem Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio præcedentis:**

**Ant.** Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

**V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

### Oratio

Concéde, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, omnipotens Deus: ut beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, propugnatórem habére mereátur gloriósum in cælis. Per Dóminum nostrum.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

**P**ius Papa décimus, cui nomen ántea Joséphus Sarto, in Venetórum pago natus est, quem Riése vocant, paréntibus quidem humílibus, sed probitate ac pietate conspicuis. Inter seminárii Patavíni alumnos adscríptus, ita pietate ac doctrína profécit, ut condiscípulis exémplo, moderatóribus admiratióni esset. Sacerdotio initiátus, in óppido Tómbolo primum, qua vicárius cooperátor, dein Salatiáni qua párochus, per plures annos adlaborávit; quibus in obeúndis munéribus, tanta caritátis ef-

URBIS ET ORBIS

Sancti Pii X Papae et Confessoris sollemnibus Consecrationis in  
ante Basilicam Vaticanam die 29 Martii Anno Marialis 1954 pe  
nata, quam plurimas Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Archi  
episcopis et Episcopis, una cum ingenti fidelium concursu, ex dis  
tinctis quodam regionibus adstantibus, fides etiam assensu sunt tra  
nsmittunt, dum Deus humilium susceptor, ad exaltationem servi  
sui infatigabiliter disposuit. Invasisset interea in multorum Ordi  
natorum animis ardens studium adque operam ut novissimis  
sancti festum totius Ecclesiae communitate efficeretur, quod iam non  
nullis in locis liturgico cultu celebrabatur. Quare sanctissimus Do  
minus noster Pius Pius XII, late omnium Catholicorum Orbis Archi  
episcoporum et Episcoporum, nec non et Religiosorum Familias  
tunc vobis libenter excipiens, Sancti Pii X Papae et Confessoris  
festum ad universam Ecclesiam extendere benignè dignatus est,  
die tertio mensis Septembris quotannis sub ritu duplici, iuncto cum  
Officio et Missa propria et approbata, in superioribus program  
exemplari, recolerentur. Serijs Ritibus. Constat non obstant  
tibus quibuscumque.

Die 1 Martii anno 1957

E. Card. GIOVANNI PASCATI

† A. CARINATI, Archiep. Salernitan., a. Secretis

IMPRIMATUR

Ratisbonae, die 30 Aprilis 1955

J. BALDARI

Vic. gen.

Ratisbonae, sumptibus et typis Friderici Pustet  
Printed in Germany